

ut heretici & illi eorum usque ad quartum gradum non admittantur ad Collegium Clericorum, nunquid hoc sit intelligendum tam de filiis quam de filiis filiorum egregie disputat in utraque parte Host. in d. c. Vergetis à n. 4. usque ad p. 9. concludens pro negativa, sed hodie vide Constitutionem Bonifacii VIII. quæ habetur in c. Statutum il secundo, infra eodem lib. 6.

44 In glossa in verbo Relinquatur, nota bene hanc glossam, quia à Doctoribus quotidie allegatur quod pro nullo crimine quantumcumque enormi Clericus non incorrigibilis debet statim de regulari actualiter & tradi Curie seculari, sed debet deponi & remanere sub potestate Ecclesiastica, præterquam in tribus casibus. Primus est in crimine hæresis, ut hic; & quomodo Abbas n. 11. dicit hanc non esse bonam exceptionem, quia si convictus de hæresi vult redire ad fidem, non traditur Curie seculari, ut hic dicitur, ergo tunc solum traditur cum est incorrigibilis & sic non rectè excipitur, tamen salvando glossam eum qua transeunt communiter Doctores, potest dici in heretico servandam non esse illam formam quæ in Clerico incorrigibili præscribitur in c. Cum non ab homine supra de fide. Item hereticus relapsus, licet sit paratus se corrigere & velit hæresim abjurare, nihilominus traditur Curie seculari, ut hic statuitur in vers. Illos quoque & dictum est supra in co. not.

Secundo casus est in crimine falsi, intellige de falsificante litteras Apostolicas, ut in c. Faljuriorum de crim. falsi & in c. Novimus de verb. signif.

Tertius est in conspirante contra Episcopum proprium, ut in c. Si quis Sacerdotum 11. q. 1. & sic sentit glossa in hoc tertio casu, Clericum statim esse degradandum & tradendum Curie seculari, licet non sit incorrigibilis, sed glossa in d. c. Si quis Sacerdotum in verbo Mox de ostus variavit & quod requiritur incorrigibilitas, tenuit glossa in c. fin. in verbo Juramento obvolvunt de test. cogend. & Bartol. Brix. in c. Si quis contra 2. q. 7. Verum est hæc opinio sit benignior, tamen contraria est verior, ut ait Host. in d. c. Novimus n. 11. vers. 3. & communiter etiam teneatur, ut dixi in d. c. Cum non ab homine n. 71. de judic. ubi retuli alias glossas & Doctores concordantes & hic etiam vide alios casus in quibus per Constitutiones Apostolicas Clericus tradi potest Curie seculari; & quomodo Abbas hic n. 11. vers. Sed hæc materia; & plenius in c. de si Clerici de judic. reuenerit pro quocumque crimine gravi & damnofo Clericum in continentem posse tradi Curie seculari, etiam non expectatâ incorrigibilitate, tamen ejus fundamenta latissime consuevi in prælegata Decretali, Cum non ab homine, à numero sexagesimo quinto usque ad n. 104.

45 In vers. Illos quoque, cum text. decernat eos, qui post abjuracionem erroris, vel postquam se proprii Antilitis examinatione purgaverint, deprehensi fuerint, in abjuratam hæreticam recidisse, seculari judicio sine ulla penitus audientia esse relinquendos.

46 Quæro, an relapsio in calu infra scripto per Sedem Apostolicam sit concedenda absolutio, ac rehabilitatio ad honores & dignitates.

47 In causa N. absolutio petentis sub censura Ecclesie. Primum illud pono, hereticum utcumque relapsum posse à Summo Pontifice nedum absolvi & unitati Ecclesie restitui, cap. Super eo, de heretic. lib. 6. sed etiam ad honores & dignitates rehabilitari; tum quia multis exemplis id factum esse constat; tum quia hæc Constitutio jubens eos sine ulla penitus audientia seculari judicio esse relinquendos est juris positivi, quippe à Lucio III. condita fuit ad hoc quod notat Innoc. in cap. Cum ad Monasterium, num. 3. de stat. Monach. unde omnis pena relapsi quoad Papam est arbitraria, late Arnal. in cap. Quædam, quæst. 12. num. 9. de heretic. lib. 6.

48 Pono item absolutioem esse concedendam penitenti, impenitentem esse denegandam.

Prima pars probatur vulgaris Sacre Scripture locis; Ecclesia nunquam claudit gremium redeuntis. Peccator in quacumque hora conversus fuerit & ingenerit, omnino inquituratum ejus non recordabor amplius: Cum conversus fuerit, & ingenerit tunc solvat eris, alitque similibus, quorum passim meminerit Sancti Patres & in specie Chriostomus Epistola quinta ad Theodorum lapsam, ubi non pluribus illustravit exemplis, idemque habetur diversis Gratiani locis, cap. Penderet, 50. dist. cap. Cognovimus, §. Ecce, cap. 11, 26. quæst. 6. cap. Quia eadem distinct. ubi habetur ibi dari misericordiam, ubi post peccatum est secuta penitentia; nec enim debet despici in eo, quod fuit, quia jam incipit esse, quod non fuit: quæ habere locum etiam in relapsio constat ex text. in d. c. Super eo, ubi Archid. Joan. Andr. & ceteri DD. & S. Thomas in 2.2. quæst. 11. art. 4.

49 Secunda pars probatur ex cap. Legatur, 24. quæst. 2. quo habentur hæc verba Gelasii Papæ: Legatur ex quo est Religio Christiana, vel certe detur exemplum in Ecclesia

Dei à quibuslibet Pontificibus, aut ab ipsi Apostolis, aut ab ipso denique Salvatore veniam, nisi corrigentibus se, fuisse concessam. Idem habetur in cap. Penitentes, 50. dist. Quod si in quolibet peccatore id observandum est, ut non absolvatur nisi penituerit licet certè ex hoc oblati oportet in relapsio, qui cum redierit semel ad hæresim abjuratam, jam se ostendit in Fide Catholica inconstantem: propterea prudenter Alexander IV. in d. cap. Semper eo, de heretic. lib. 6. expressè statuit, ne relapsus ad Sacramenta Penitentiae & Eucharistiae recipiatur, nisi manifesta dederit judicia penitentiae.

His ita constitutis patet solutionem dubitationis circa absolutioem petitam pendere ex facto nimirum ex eo an relapsus manifesta dederit signa penitentiae, nec ne; nam si dederit, absolvendus erit, alioquin erit deneganda absolutio.

Signa penitentiae hæc vulgò afferunt. Primum quod speciales nuntios ad Sedem Apostolicam miserit, ut absolutioem obtineret, eisque repulsis nihil commotus, aut indignatus fuerit, neque ullum paulo asperius in Sedem Apostolicam, aut Summum Pontificem verbum ex ejus ore exciderit: quin etiam propositum petendi absolutioem post repulsam constanter retinuerit: quo in ipso videtur non leve penitentis indicium, ea enim est potentum natura, ut nisi honorificentissime tractetur, se contemptum, injuriam affectos estiment. Cum igitur N. reversis infecta qui ablegati fuerant, nihilominus se præsterit in Sedem Apostolicam obloquentem & adhuc firmiter in sua conversioe permaneat, pergaque humiliter petere absolutioem: nam quæ præferebat ante actæ vite penitentiam: nam ut habetur in cap. Perfecta, de Penitent. distinct. 3. perfecta penitenti cogit peccatorem omnia libenter perferre.

Secundo asseritur cum Ecclesiam frequenter, Missas devotè audire, peccata confiteri, Sacramentum Eucharistiam sumere, veteribus delictis illacrimari, plurimas elemosinas largiri: ac longe miore signa penitentiae videtur sufficere in relapsio ad Ecclesiam communionem admittendo: nam Archidia. in dicto cap. Super eo, num. 2. in cap. A nobis, il secundo, infra, de sentent. excommunicat. qui non alia signa requirit ibidem ad intercommunicandum animam excommunicati penitentis quam elevationem oculorum ad cælum, genitum, suspiria, pectoris vel oris percussioem, absolutioem petitionem, & tamen text. dist. cap. A nobis, utitur eisdem verbis in excommunicato, quibus utitur, cap. Super eo, videlicet, si penitentiae signa ostenderit manifesta.

E converso adversus relapsum multa recensentur signa impenitentiae.

Primum enim ipse plures collationes beneficiorum factas à Sede Apostolica irritas esse decrevit.

Secundo, concubinam nuptam habet, cum qua omnibus scientibus adulteratur, idque fatetur, qui ab ejus partibus stant, sed negant delictum ad hæresim crimen quidquam pertinere, quod est verum sit, illud tamen constat carnis illecebros demerulum, nec quoad alia peccata longe diversa esse verè penitentem, c. 4. de penitent. dist. 5. ubi Innocentius II. admonens fratres suos, ne Elise penitentis laicorum animas decipi patiantur, declarat eam falsam esse penitentiam, cum spretis pluribus de uno solo penitentia agitur aut cum sic agitur de uno, non dicitur ab alio; & Ambros. in c. Sunt plures, de penitent. distinct. 3. Sunt plures, inquit, quos penitet peccasse, sed non omnino referentes sibi quædam in quibus delectantur non animadvertentes Dominum simul surdum & mutum à demonio liberasse, per hoc docens nos nunquam nisi de omnibus sanari, si enim vult ex parte peccata reservari, habenti septem demonia, manente uno proficere poterat, sed expulsi; expulsi autem septem, ut omnia crimina simul efficienda doceret. Ex infra: Quomodo ergo qui crimen reservat, de alio recipiet? Et paulo post: Quoniam impietas infidelitatis est ab illo, qui justus & justitia est, dimidium sperare veniam: quem ergo penitet omnino penitet. At idem text. in c. Majores, §. Sed ad hoc, de baptisim. cum concordantibus, de quibus hic per gloss. in c. Ex parte.

Tertio, in oppido N. edictum contra libertatem conscientie promulgavit, hoc autem non est hominis ad fidem redire volentis, neque in re tam gravi & intrinsecè mala excusari debet his causis quas pro eo audivimus ad hujus criminis exculationem allegari, cap. Litteras, de restitut. spoliat. c. Inquisitioni de sent. excommunicat.

Et quamvis etiam magni Reges; videlicet Carolus IX. & Henricus III. simul edictum promulgaverint, tamen exemplarem adeò perniciosam, atque omni jure damnatam excusabilem reddere non possunt, c. Sana, 9. dist. 4. l.

Nemo, Cod. de sent. & inter locut. omn. judic. Præterea Carolus IX. præclare ostendit se illud edictum non ad hæreses promovendas promulgasse, cum postea occasione edicti nudatis omnium animis magnum hereticorum numerum contrucidavit, plurimos à ditone egerit alios ad sanitatem redire compulerit. Atque utinam Sanctissimus ejus conatibus diuturnior vita respondisset: Henricus autem III. qui idem dictum cofecit, illud etiam semel, atque iterum revocavit.

Neque etiam defenditur N. relapsus ea ratione quod Summus Pontifex hoc, atque alia sæpè in Principibus Catholicis toleravit, nam tolerantia non excusat à peccato multaque permittitur quæ non sine peccato committuntur c. Cum jam dudum, de prob. c. Super eo, de cognat. spirit. & c. Mulieri de jurejur.

55 Quarto, heretici apud N. gratia & autoritate pollentes honoribusque & gradibus honorantur, quod nullum majus videtur esse impudentis signum in relapsio, ex his quæ habentur in capite. Accutus, §. Ille quoque, infra cod. lib. 6.

Quinto, Judex secularis in presbiterum mortis sententiam nuperimè tulit, eò quod distulisset N. omni potestate ac jurisdictione nudatum esse, utpote relapsum antequam à Sede Apostolica admittetur, jusset eundem Regularem propositionem tanquam hereticam abjurari. Qui in re duo præcipue maxima delicta idem Judex commisit, alterum quod de dogmatum Fidei Catholice Judicem constituit, c. Ut Inquisitioni, §. Prohibemus, de heretic. lib. 6. alterum quod Catholicam propositionem tanquam hereticam abjurari mandavit. At iniquum, hoc judicis est delictum, idèque quasi Judex aliquid in re tam gravi ausus esset absque conscientia & voluntate delegantis; aut hæc delicta non sint ipsi N. tribuenda qui illis poterat obviare, c. Qui potest, 23. qu. 3. cap. Negligere, 2. qu. 7. cap. Error, dist. 38. quippe crimen qui potest emendare, & non corrigi ipse committit, c. Facientis 86. dist.

60 Sexto, sic relapsus fuit à Summo Pontifice declaratus excommunicatus, cum jam esset excommunicatus à jure, c. 1. 24. qu. 1. c. Excommunicatus, primo & infra eod. de Constitutione, quæ in die Cæne Domini legi consuevit, quo fit, ut valde peccet, & sequè impenitentem ostendat, cum adeat Ecclesiam, Missasque audiat ac Divinis interit, nondum à Sede Apostolica obtenta absolutioe, c. Quod in te, de penit. & remiss.

61 Et utraque parte conjectura concurrunt sed quæ in proposito nostro impimentem ostendunt videtur longe validiores; nam ut quis verè penitens censetur, non sufficit docere de bonis operibus, nisi etiam appareat eum abili-

tere à malis, nam ut ait Augustinus relatus in c. Penitentia, de penit. dist. 3. Penitentia est mala præterita plangere & plangendo iterum non committere; ut enim dicitur in cap. Penitentiam quippe, de penit. eod. dist. qui sic alia deplorat, ut iterum alia committat, adhuc penitentiam agere aut ignorat aut dissimulat, quod etiam habetur in cap. Ille eod. dist. & in c. Penitentes, & c. Irrisor, seqq. ubi appellatur irrisor non penitens qui adhuc agens quod penitet, non videtur Deum polcere subditus, sed lubannare superbus. Nec signa elemosinarum aut lacrimarum profunt, ubi peccata non deserantur, c. Quia admissa, c. Qui vult c. Nihil prodest, eadem dist. 3. Unico igitur verbo responderi potest ad signa penitentiae superius relata, videlicet non sufficere ad penitentiam signa bonorum operum quæ sint criminibus & peccatis præferim tam gravibus involuta.

62 Præterea inter signa penitentiae recensentur Sacramentorum frequentatio quæ tam in excommunicato arguit potius impenitentiam, ut supra est demonstratum.

Verum quatenus etiam relata bonorum operum signa essent magis attendenda quam signa malorum, negari tamen non potest quin illa longe inferiora atque obliosciora reddantur ob signa contraria; & ita non sint evidentiæ vere manifestæ, qualia requiruntur in relapsio ad obtinendam absolutioem, d. c. Super eo de heretic. lib. 6.

63 At dicit quis multos esse penitentiae gradus, quemadmodum & peccatorum satique esse, ut nunc incipiat modicè penitere eorum quæ gessit. Jam enim futurum ut obiores & ampliores verè penitentia fructus ferantur: Denique brevis illam & exiguam penitentiam (ut ait Chriostomus Epistola quinta ad Theod. lapsium. Non abnuere, sed magnè penitare mercede; imò vehementer corruptos non imp. Ille magnè vi ad virtutem, sed mansuetè & sensim promovetur, imò plerumque portare ne immemor scissura fiat aut error productior. Hæc Chriostomus.

64 Sed responderetur levem quidem penitentiam non sperendam, sed eam tamen non sufficere relapsio ad obtinendam absolutioem, antequam perfectior fiat etique habeamus signa evidentiæ & peripicua, juxta textum in d. cap. Super eo.

Non obstat quòd ob publicam causam & gravis pericula evitanda Summus Pontifex debeat juris vincula laxare relapsusque admittere, ut post Divum Thomam sentit Augustin. Triumph. in tract. de peccat. Ecclesie. q. 28. nam absolutio aliquid periculi vitandi causa non est concedenda non penitenti juxta textum d. c. Legatur. Sed quando verè peniteret & ita absolveretur, tunc ad pericula vitanda jure deberet concedi postea rehabilitatio ad honores & dignitates, quia in hoc cadit consideratio periculi vitandi, non autem in absolutioe quæ nullo modo danda est ei quem non penitet.







# DE HÆRETICIS.

Innocentius III.

## CAPUT X.

**V**ergentis in senium sæculi corruptelam; & infrà. In terris verò temporali nostræ Jurisdictioni subjectis bona hæreticorum statim publicari; & in aliis idem præcipimus fieri, per potestates & Principes sæculares: quos ad id exequendum si forte negligentes extiterint per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compelli volumus & mandamus: nec ad eos bona eorum ulterius revertantur, nisi eis ad cor revertentibus & abnegantibus hæreticorum consortium, misereri aliquis voluerit: ut temporalis saltem pœna corripiat, quem spiritualis non corrigit disciplina. Cum enim secundum legitimas sanctiones, reis læsæ majestatis punitis capite, bona confiscentur eorum, filii suis vita solummodo ex misericordia conservata; quantum magis qui aberrantes in fide Domini Dei Filium Jesum Christum offendunt; à capite nostro, quod est Christus, Ecclesiastica debent districtione præcidi, & bonis temporalibus spoliari; cum longè sit gravius æternam, quam temporale lædere majestatem. Nec hujusmodi severitatis censuram, orthodoxorum exhæredatio filiorum, quasi cujusdam miserationis prætextu, debet ullatenus impedire, cum in multis casibus (etiam secundum divinum judicium) filii pro patribus temporaliter puniantur, & juxta Canonicas sanctiones, quandoque feratur ultio, non solum in autores scelerum, sed etiam in progeniem damnatorum.

## SUMMARIUM.

- 1 Hæreticorum bona confiscantur, etiam Catholicos habeant filios, & in terris Ecclesia applicatur sisco Ecclesie, in terris imperii sisco seculari & num. 16.
- 2 Papa in terris Ecclesie vendicat sibi omnia jura temporalia, & habet cameram fiscoalem, cui applicantur bona confiscata.
- 3 Publicatio honorum si fiat in terris Imperii applicatio sisco seculari, licet publicatio fiat ratione criminis merè Ecclesiastici.
- 4 Nisi is, cujus bona publicantur, sit Clericus, quia tunc applicatio sisco Ecclesie etiam in terris Imperii.
- 5 Hæreticorum bona licet sint ipso jure confiscata, tamen apprehendi non possunt per potestatem secularem, nisi prius judex Ecclesiasticus pronunciaverit super crimine.
- 6 Judices seculares possunt compelli per Ecclesiam ad justitiam faciendam.
- 7 Papa propter injustitias & alias iniquitates potest Principes seculares dignitate privare.
- 8 Imperium Romanum à Grecis cur in Germanos translatum à Leone III.
- 9 Hæretici etiam sponte abjurantes non recuperant bona nisi ex misericordia.
- 10 Episcopus in hæresim lapsus Episcopatum non recuperat nisi ex misericordia.
- 11 Filii quandoque puniuntur temporaliter propter criminis paterni immunitatem. Non autem spiritualiter num. 13.
- 12 Presbiterici filii à Privilegio redduntur inhabiles ad beneficia obtinenda.
- 13 Filii regulariter puniri non debet pro delicto patris.
- 14 Hæretici committunt crimen læsæ majestatis Divinae, quod est gravius, quam læsæ majestatis humanae, & num. 18. & 21.
- 15 In Religionem divinam quod committitur, in omnium feratur injuria.
- 16 Hæreticorum filii etiam orthodoxi nihil relinquendum est eis bonis parentum, licet post mortem fuerint damnati.
- 17 Quod locum habet etiam in terris Imperii.
- 18 Judicium bona, que facti sunt Christiani, & postea labantur in hæresim, reservantur filiis Catholicis.
- 19 Filius hæretici an sit ipso jure privatus vel privandus beneficiis obtentis, & pensionibus reservatis antequam pater condemnaretur & n. seq. usque in fin. Et quid servetur in Congregatione Generali Inquisitionis, num. 31.
- 20 Filius percussitium Cardinale sunt ipso jure privati beneficiis obtentis.
- 21 Ratio ubi est eadem, lex non dicitur extendi, sed enuncleari.
- 22 Et ubi habet locum legis ratio, circa id predicta dicit debet lex.
- 23 Etiam si in materia penali & correctiva.
- 24 Privatio in præteritum non inducitur ex inhabilitate in futurum.
- 25 Privatis præteritum non debet salubris severitas relaxari.
- 26 Nicolai III. Constitutio privavit filios hæreticorum beneficiis obtentis & inhabilitans ad obtinenda referunt.
- 27 Constitutiones penales ad hæresim arcendas sunt favorabiles.
- 28 Pensio in materia favorabili venit appellatione beneficii.
- 29 Episcopus an possit dispensare cum filiis hæreticorum ad officia & beneficia, & num. seq. usque in finem.
- 30 Decretum irritans impedit ne Episcopus possit dispensare in criminibus infra adulterium.
- 31 Dispensare non potest Episcopus cum iis, qui à canone perpetuò sunt privati beneficiis obtentis vel inhabiles ad illa obtinenda.
- 32 Nec in concernentibus fidem, vel statum universalis Ecclesie.
- 33 Episcopus an possit dispensare cum filiis interficientis Prælatum.
- 34 Episcopus dispensare potest, ubicumque in materia penali canon permittit dispensationem.
- 35 Infamia juris per solam Principem aboleri potest, non per Episcopum.

Vergentis

- 1 **V**ergentis. Bona hæreticorum confiscantur etiam Catholicos habeant filios. Hoc dicit secundum Joan. Andr. cum quo concordant Burr. Card. Anchar. Joan. de Anan. & Felin. vel plenius secundum Abbatem & Marianum Socinum. Bona hæreticorum confiscantur & in terris Ecclesie applicantur sisco Ecclesie; in terris Imperii sisco seculari; & procedit etiam Catholicos habeant filios. Hoc dicit & sunt tres partes, nam primò præmittit decusm exordium, secundo ponit statum de publicatione quod probat per argumentum à minori, tertio solvit obitulum, secunda hic in terris, tertia hic nec hujusmodi. Joan. Andr.
- 2 Nota primò hic. In terris verò temporali nostræ jurisdictioni subjectis, Romanum Pontificem vel Ecclesiam in terris sibi subjecta quoad jurisdictionem temporalem vendicare sibi omnia jura temporalia & habere cameram fiscoalem cui applicentur bona confiscata, ut hic per Burr. numero secundo & Marianum Socinum in primo notat. de quo in Clement. 2. de hæret. hic in sisco Ecclesie. Facit quod notat Joannes Andreas in capite Quis dicituratem num. 15. de concess. præb.
- 3 Secundo nota hic & in aliis idem præcipimus fieri per Potestates & Principes seculares. In terris Imperii bona publicata deservi in sisco secularem, licet publicatio fiat ratione criminis merè Ecclesiastici, ut hic notat idem Burr. n. 2. in fin. verò. Ex quo nota, Anchar. n. 1. & Mar. Soc. in 2. nat. Qui tamen lingualiter hoc limitat nisi iis cujus bona publicantur, esset Clericus, quia tunc applicatio fiet sisco Ecclesie etiam in terris Imperii, arg. c. 1. de success. ab intest. & latius videtur probari in hoc c. Ceterum adverte, quia etiam agatur de bonis laici, tamen apprehensio filiorum nullatenus fiet nisi prius pronuncietur super crimine per judicem Ecclesiasticum, ut est expressum in c. Cum secularem leges infra eodem lib. 6. ubi habetur hodie bona hæreticorum esse confiscata ipso jure, licet secundum hoc caput requireretur sententia, ut probatur hic statim publicari, nec non hic præcipimus fieri. Sed nihilominus necessariam esse declarationem judicis Ecclesiastici super facto; & ita hic notat Joannes Andreas num. 2. & Card. num. 1. in verbo Seculares.
- 4 Tertio nota hic compelli volumus & mandamus. Judices & Principes seculares posse compelli per Ecclesiam ad justitiam faciendam, proat hic notat Bernardus post casum & in glossa 1. Innoc. & Holt. n. 1. per textum in c. Administratores 23. q. 5. c. Postulasti §. fin. & c. Judex sine Sacrosancti §. fin. supra de Judicis. Hoc enim facere potest Papa ratione peccati, ut c. Novit. supra de Judicis. Unde potest eos propter hoc dignitate privare, c. Ad abolendam §. Statimus supra eodem. Sicut & propter alias iniquitates, c. Alid 16. q. 6. Quemadmodum Leo III. Romanum Imperium in personam Caroli Magni à Grecis transtulit in Germanos propterea quod Imperatores Constantinopolitani Ecclesiam Romanam que ab Atulpho Rege Lombardorum opprimebatur, defendere noluerunt, ut c. Venerabilem cum jura glossa in verbo Translatum de elect. De qua Imperii translatione latissime diserit Cardinalis Bellarminus in tractatu de translat. Imper. libro primo, c. 4. cum seq. juncto cap. 12. & lib. 2. per tit. & lib. 3. maxime cap. 3.
- 5 Quarto nota hic misereri aliquis voluerit. Hæreticos, quamvis ad fidem sponte redeant & hæresim abjurent, tamen bona amissa non recuperant nisi ex misericordia; & idem in Episcopatu quem lapsus in hæresim non recuperat nisi ex misericordia, ut c. Ipsa pietas, verò. Item si inquisit in fin. 24. q. 4. & c. Quod autem q. 7. & notatur per Innoc. Holt. Joannem Andream & alios in c. 1. de Paroch. & per glossam hinc in verbo misereri. Holt. n. 1. in eod. ver. & Mar. Soc. in 3. not.
- 6 Quinto nota hic filii suis vita solummodo ex misericordia conservata. Propter criminis paterni immunitatem quandoque filios puniri temporaliter; idque ut ipsorum parentum gravius sit pœna, l. Ipsi quidem, ff. quot. m. r. cap. & quia exempla paterni criminis in filiis metuantur, cum minus naturaliter sequatur vestigia parentum, ut hi Quisquis, §. Filii verò, junctâ glossa in verbo In quibus, cod. ad leg. Juliam Majest. Facit textus cum glossa in l. Cum unus in princ. ff. de aliment. & citat. legot. & in l. Quod si nolit, §. Si manserit, ff. de adictis. edict. & notatur in c. Hinc ap. dist. & in cap. Quantamlibet 47. dist. unde & Hierem. c. 31. Patres condegnant suos acerbis & filiorum dentes obstruunt & sacra Penitentiarum in absolutione à Presbiterio addunt clausulam de qua in c. Quislibet de parvis, videlicet & ne minus vindicta quam excessus memoria prætergat, ita ejusque liberi propter hoc censentur inhabiles, ad beneficia Ecclesiastica obtinenda, nisi cum eis fuerit super hoc misericorditer dispensatum. Regulariter tamen filius non debet puniri pro crimine patris & maxime in Spiritualibus in quibus nunquam debet portare iniquitatem patris; & sic intelligitur illa autoritas, ut notatur in summa 24. quaestione prima & in summa prima, q. 1.
- 7 Sexto nota hic Orthodoxorum exhæredatio filiorum quasi cujusdam miserationis prætextu debet ullatenus impedire. Textum expressum quod bona hæreticorum confiscantur, sive habeant filios sive non, nec Catholicis hæreticorum filiis aliquid relinquendum est, ut hic dicitur; & quantum contrarium reperitur statutum de iure Civili, ut in d. l. Manichæos & in Auth. Idem est de Nestorianis, ubi habetur filios Catholicos propter hoc hereditate paternâ non privari, nihilominus predicta jura corriguntur per hanc Decretalem & per Constitutionem Federici Hæc edictali quæ hoc idem dicit & eum fuit posita in quinta compilatione eodem titulo & idque in hereditatione criminis, nam si id sancitum est in crimine læsæ Majestatis humane ubi filii puniuntur quoad bona, ut in d. l. Quisquis, cod. ad leg. Jul. Majest. quæ est canonizata in §. Verum, verò. Si quis cum multibus 6. q. 1. multò fortius in crimine hæresis quod longè gravius est, ut hic in littera & dictum est in præcedenti notat. & in hac opinioe fuerunt glossa, Joannes Lurandus & Archid. infirma 23. q. 7. Cui in d. l. Quisquis n. 6. Holt. in summa de heredit. §. Quæ panis & firmat glossa penultima hic cum qua concordant Abbas antiquus, Joannes Andreas, Burr. Card. & omnes in summano textu. Holt. n. 9. Card. n. 4. Abb. Sicaluz n. 5. & Mar. Soc. n. 8. & 9. & quamvis nonnulli opinati fuerint hunc textum habere locum quando pater fuit damnatus in vita, jus autem Civile quando fuit dimissus post mortem, tamen hæc differentia confunditur per c. Cum secundum leges, infra eod. lib. 6. Rursus est Joannes Andreas hic n. 5. credit hæc Decretalem prævalere legibus in illis terris tantum quæ subsunt temporali jurisdictioni Domini Papæ, in terris autem Imperii prævalere leges quæ majori æquitate nituntur, illius tamen opinio est sperit falsa nec ullam habet probabilitatem & mirandum est hoc contigisse juris Canonici illuminatori. Adversatur enim hoc caput quod facit mentionem de terris Imperii subjectis & cogit Principes seculares, quia crimen est merè Ecclesiasticum, c. Ut inquisitionis infra eodem lib. 6. & ideo pœne impolitio pertinet ad judicem Ecclesiasticum, non ad secularem, §. In hoc 21. q. 2. quare habet opinionem quæ etiam fuit Tancredi & Gouffredi, merito hic respouit Burr. n. 11. verò. Joannes Andreas dicit, Card. n. 4. Anchar. n. 7. Abb. in fin. & Mar. Soc. n. 8. & 9. licet reverà Joannes Andreas videatur postea ab ea recessisse, quia paulo post subiungit obitare Auth. Guzaros, cod. de Hæret. & Manichæos quam dixit concordare cum textu nostro. Atque ita Joannes Andreas agnovit hæc differentiam constitui non posse inter loca Imperii vel Ecclesie subjecta, cum ipsimet Imperatores hoc idem sanxerint, videlicet Justinianus in d. Auth. Guzaros & apertius Federicus in præcæta Constit. Hæc edictali cujus hæc sunt verba. Ceterum, quia quantum majora Divina natura miserationis accepimus & altiorum locum præ filiis hominum obtinemus, tantò devotiora debemus obsequia gratitudinis confertis, si quando in nostri nominis contemptores nostra excomdesit autoritas, si reos læsæ Majestatis in personis eorum & liberorum suorum exhæredatione damnamus, multò fortius justitiamque contra Dei blasphematores nominis & detractores Fidei Catholice provocamus, eorumdem hæreticorum, receptatorum, factorum & advocatorum, suorum hæreses, & posterus ut ad seculandam generationem beneficiis cunctis temporalibus, publicis officiis & honoribus Imperiali autoritate privantes, ut in paterni memoria criminis continuo merore tabescant, verè scientes quòd Deus zelotes est peccata parentum in filios potentius ulciscens. Hactenus verba Constitutionis quam, ut inquit Cuius in dictâ lege Quisquis, numero sexto, codice Ad legem Juliam Majestatis, Ecclesia Romana approbavit; & invenitur apud Inquisitores hæreticæ pravitatis sub Bulla Papali.
- 8 Declara nunc conclusionem superius firmatam, ut locum habeat in Christianis ortum ducentibus à Christianis & ab ipso principio, quia lapsi sunt in hæresim, secus verò in Judæis qui affecti sunt Christiani; & demum postea labuntur in hæresim, quia bona talium reservantur filiis Catholicis, ut est textus notabilis in capite Judæi 1. quaestione quarta, unde hoc casu filii Neophitorum sunt melioris conditionis quam filii Christianorum, ut hic per Marian. Socin. n. 9. in fin.

Sed juxta prædicta quero, an filius condemnati de hæreticis privatus sit ipso jure privatus vel privandus beneficiis

Y

Fagnan. in V. Lib. Decretal



obtentis & pensionibus sibi reservatis antequam pater condemnatur.

Videntur respondendum, esse ipso iure privatam aut saltem privatam tam beneficiis, quam pensionibus huiusmodi.

Quod primo probatur per textum in cap. Ut commissi, §. Privandi infra eodem, lib. 6. quo tribuitur Inquisitoribus facultas privandi vel privatos nunciandi tam hereticos quam eorum filios, unde si illa verba privandi vel privatos nunciandi intelligantur distributive & verbum privandi referatur ad filios hereticorum qui puniuntur ex alieno facto; & verba privatos nunciandi referantur ad hereticos qui privantur ex proprio, ut placuit quibusdam antiquis, quorum meminit Joannes Andreas in d. c. Ut commissi n. 4. Covar. l. 2. var. resol. c. 8. n. 4. verif. Ipsi verò, si illa verba ita accipiantur ut dictio vel sit expositiva pro id est, ut Joannes Andreas, Gemin. & communiter Doctores ibidem intelligant, nos habemus intentionem, quia secundum priorem intelligentiam textus ille necessariò convincit filios hereticorum esse privandos: & secundum posteriorem & communem esse ipso iure privatos & ut sales nunciandos quo casu nunciandi non fert novam sententiam, sed à jure promulgatam exequitur, Archid. in d. c. Ut commissi post prine.

Secundo id probatur, quia ratio puniendi filios ea fuit, ut ad deterrendos alios à tam immani facinore filii perpetuè egrellæ funderentur: sique mors esset solatiū & vita supplicium, ut habetur in l. Qui quis, cod. ad l. Jal. Majeft. quæ cum loquatur de crimine læsæ Majestatis humanæ, fortius habet locum in crimine læsæ Majestatis Divine, ut et crimen heretici, ut hic patet & in Auth. Gazaro, cod. eod. & dictum est supra in 6. not. & n. 18. At hæc ratio comprehendit nedum inhabilitatem ad nova beneficia acquirenda, sed etiam obtentorum pensionem, alioquin sequeretur ut si filii tempore delicti paterni pingua beneficia possiderent eisque non privarentur, jam non essent in egestate miserabiles victuri; ideoque ob identitatem rationis debent privati etiam obtentis ad l. Tertio, ff. de verb. oblig. cum concordant.

Tertio id ipsum confirmant verba hujus textus sumpta ex dicta lege Qui quis, dum dicunt eis solam vitam ex misericordia relinqui, unde sequitur ut cætera omnia adminantur, l. Cùm Prætor, ff. de judiciis, capite Nonne de præsumptionibus.

Quarto accedit quòd omnes poene impostæ pro delicto læsæ Majestatis humanæ ex maiestate rationis debent habere locum in crimine læsæ Majestatis Divine, ut arguitur hinc. Cùm enim secundum legitimas sanctiones reus læsæ Majestatis puniatur capite, & bona confiscentur eorum, filii jure viro solammodo ex misericordia conservantur, quanto magis qui aberrantes in Vile Dominii Dei Filium Jesum Christum offendunt à capite nostro quòd est Christus, Ecclesie debet districtione privari & bonis temporalibus spoliari, cum longe sit gravior æternam quam temporalem lædere Majestatem, quòd etiam legitur in d. Auth. Gazaro, cod. eod. tit. & in Constitutione Federici

superius relata n. 18. sed in crimine læsæ Majestatis humanæ, quale est percitere personam Cardinalium. Gigaia in tractatu de crimine læsæ Majestatis committit, q. 5. n. 3. cum 399. expresse cautum est, ut filii delinquentium sint ipso jure privati beneficiis obtentis, capite Felicit. paragrapho Quòd si quis de penis, libro sexto. Ergò idem etiam habebit locum in crimine læsæ Majestatis Divine, de quo agimus.

His rationibus hæc sententiam secuti sunt Joannes Andreas in d. c. Ut commissi, n. 4. in verbo Privandi, Gemin. in d. §. Privandi, n. 4. Henric. Boich. in hoc c. n. 12. & Jo. de Anan. cod. n. verif. De crimine autem heretici. Præpos. in e. Satis perversum, n. 4. 66. dist. Emeric. in direct. Inquisit. q. 114. Roman. singul. 691. Decian. tract. crim. c. 43. n. 4. verif. Perdent filii, Lambert. de jure patr. in c. part. in 2. lib. in 6. art. 3. q. principalis. Giges in tract. de crim. læsæ Majest. lib. 4. tit. de penis, quas filii incurrunt, quæst. 11. Paulus Rubens in tractatu de Regno Neovar. pag. 5. §. 7. & 8. & communem esse attestantur Covar. lib. 2. var. resol. c. 7. n. 4. & Jul. Clar. in prox. crim. §. Heretici, verif. Item Clericus.

Non obstat quòd oppositum sentierint Jacob. de Simanch. de Cathol. instit. tit. 29. n. 20. Rebuff. in prox. benef. tit. de mod. amitt. benef. n. 25. Penia in schol. ad 4. part. direct. schol. 156. Covar. & Clar. in loc. supra cit. Extentim contra filium est communis opinio omnium sèc. antiquorum, ut ipsamet Penia testatur ibidem, verif. Ancepit tamen, præsertim cum Abbas citatus à Covar. pro filio in hoc cap. nihil allimet, vellet ut filius non perdat beneficium, quæ tamen glossa potius facit pro hæc parte, cum loquatur de crimine læsæ Majestatis humanæ; & sentiat filium ob crimen patris non privari beneficio eà ratione, quia est exemptus à potestate Principis, quasi volens à contrariis solum, ut in crimine læsæ

Majestatis Divine, in quo cessat ea ratio exemptionis in Clerico, talis filius beneficium amittit, ut etiam elicitur ex verbis ejusdem Abb. in c. Cùm laici, n. 4. de jure patr. dum in eadem questione loquens de crimine læsæ Majestatis humanæ, primò arguit ut filius sit privatus beneficio, quia est infamis, deinde contrarium concludit, quia cum filius sit Clericus, non potuit effici infamis per legem facularem; & ita tacite insinuat, ut in crimine læsæ Majestatis in quo per legem Canonicam filius irrogatur infamia, ipsi amittant beneficia obtenta, cum lex Canonica non caret potestate in eis, quemadmodum secularis.

Non obstant rationes quibus moti sunt Covar. & Penia ad aliter sentiendum.

Nam ad primam, quòd nullo jure caveatur hereticorum filios esse privatos obtentis & quod c. Felicit. imponens hæc poenam filijs percutientium personas Cardinalium tanquam personale non debeat extendi.

Respondetur satis id esse cautum, tam per textum in d. c. Ut commissi, §. Privandi quam per rationem expressam in d. l. Qui quis & in hoc c. ubi enim eadem ratio lex non dicitur extendi, sed enucleari, l. Si postulatori, §. Sed qui negavit, ff. de adult. quem textum ad hoc propositum allegat Oidræd. conf. 186. Thema tale est, Titulus Canonicus in fine; & ubi est eadem ratio, non dicitur qui extendendo novum casum addere, sed quod in primo casu in ratione includebatur, secundum æquitate detegere sive declarare, quia lex dicitur omne quòd in ratione consistit, c. Consecrada 1. dist. Ergò ubi habet locum legis ratio circa id proda, dici debet lex; ita formaliter dicit Calder. conf. 1. Ut lite pendente & ut alibi scribit Bald. in l. De quibus, ff. de legibus, ubi est eadem ratio in pluribus casibus, una & eadem ratio decidit omnes illos casus non per extensionem, sed sicut genus comprehendit speciem, sic generalis ratio diversas species; ideoque expressio unum casum veniunt omnes in quibus viget eadem ratio, quòd Baldi dictum refert & sequitur Paul. de Castro conf. 44. pro declaratione, n. 6. col. penult. ad fin. verif. Nam ut inquit eleganter D. Bald. lib. 1. id procedit etiam in materia penali & correctiva, ut tradit Abb. conf. 75. primò est videndum, n. 7. lib. 1. Tiraquell. de caus. eff. in 1. part. n. 195. & est textus in l. His solum, verif. Satis etiam tacite cautum putamus, cod. de revoc. donat. quem dicit meliorem de corpore juris Bald. in rubr. cod. de nautic. favor. Joan. de Anan. inter conf. Paul. de Castro conf. 256. Visis & consideratis, col. 2. ad fin. lib. 2. & Craver. conf. 183. Regula num. 3. quòd in d. ut ait Bald. conf. 384. Statuta Civitatis cavetur n. 1. lib. 5. ea que sunt ejusdem rationis, includuntur sub dispositione ex significatione, id est tanquam expressa proprie, non tacite.

Secunda ratio contrariæ opinionis est, quia textus in cap. Quicumque, §. Heretici de heret. lib. 6. prohibet tantum ne hereticorum filii ad beneficia admittantur; & sic futuram acquisitionem, inhabilitatem autem in futurum non inducit privationem in præteritum, gloss. in clem. 1. §. Ipsius de penis ubi Doctores.

Ad hæc rationem respondetur, primò retorquendo textum d. §. Heretici quòd cum loquens tam de hereticis quam de eorum filijs, inhabet uniformiter ne ad beneficia admittantur, consequens est ut sicut illa prohibito quoad hereticos importat etiam privationem obtentorum, glossa communiter approbata in cap. Quo jure, in verb. Nam jure distinct. 8. Rota apud Caslad. decis. 14. n. 1. super regulari, ita eundem privationem importat quoad filios hereticorum per regulam l. Jam hoc jure, de regul. & passillar. cum similib. Et propterea Emeric. in direct. Inquisitor. de q. 124. fundat privationem beneficiorum in hereticorum filijs ex solo text. in d. §. Heretici. Secundo respondetur, quamvis per text. in d. §. Heretici, non inducatur privato obtentorum, sed tantum inhabilitas in futurum, tamen inducitur esse talem privationem per alios textus supra citatos, & per rationem d. l. Qui quis & textus nostri.

Neque enim præferenda est in hæc materia opinio non privans filios tanquam benignior, quia non debet prætextu pietatis salubris severitas relaxari, ut expresse admoneatur in hoc c. in fin. hic: Nec hujusmodi severitatis miseram orthodoxorum exhereditatio filiorum quasi cuiusdam confessionis prætextu debet nullatenus impedire, cum in multis casibus (etiam secundum Divinum Judicium) filii pro patribus temporaliter puniantur, & juxta canonicas sanctiones quandoque fratur ultio non solum in auctores scelerum, sed etiam in progeniem damnatorum.

Ad extremum hæc alterationem apertis verbis dirimit Nicolaus III. in Constitutione a. incipiens. Noverit universitas, §. Heretici autem, ubi sic statuit: Heretici autem, receptores, defensores & fautores eorum ipsorumque filij usque ad secundam generationem ad nullam Ecclesiasticam beneficium, seu officium admittantur, quod si fecerint actum fuerit, decernimus irritum & inane. Nos enim predictos ex nunc privamus beneficiis acquisitis, volentes ut tales &

habitis perpetuò careant & ad alia similia nequaquam impo- teram admittantur. Habetur hæc Constitutio in Bullar. tom. 1. pag. 124.

Cum ergò filii hereticorum amittant etiam beneficia obtenta, non est dubitandum, quin amittant etiam pensiones, nam cum Constitutiones penales ad hæreticos arceas sint favorabiles ad tradita per Bart. in l. Quemadmodum circa med. Cod. de agricol. & censu. lib. 11. & Tirac. in dict. tract. de caus. eff. in 1. part. n. 158. sequitur in tali materia favorabili appellatione beneficii veniat etiam pensio, Gig. de pensio. quæs. 28. in 2. limitat. n. 16.

Sed quatenus etiam in hac materia pensiones non veniant appellatione beneficii, sed bona temporalia censentur, filius heretici eis etiam privatus est per d. l. Qui quis, juncto textu nostro & auth. Gazaro, Cod. eod. & Constitutione Federici, Hæc edictali, quibus raies filij omnibus etiam bonis temporalibus privantur sola eis vita ex misericordia conservata.

Post hæc reperi hæc controversiam contigisse olim in Rota in causa Conclen. pensionis, coram Penia, in qua libratu rationibus & auctoritatibus utriusque opinionis requæ ad sanctam memoriam Clem. VIII. delata die 4. Novembris 1594. Sanctissimi in generali Congregatione sanctæ inquisitionis propositu articulo, consultique Cardinalibus & reliquis Prelatis Consultoribus qui presentes aderant, auditiq; Cardinalibus Inquisitoribus sententias affirmantibus non esse ultra inquisitionis receptam doctrinam asserentium filios hereticorum propter parentum heresim privati beneficii habitus; & censuit hæc opinionem tanquam miotorem fore amplectendam; & iterum referentem bon. mem. D. Justo sub die 23. Decembris immediat sequentibus Sanctitas sua dixit se allocutum fuisse Congregationem S. Inquisitionis & represse sanctum officium servare opinionem negativam tanquam benigniorem; & indecirò non esse locum dispensationi Video hæc de re binas decisiones post consil. Prosperi Farinac. tom. 2. decis. 87. & decis. 90.

Sed postea sub die 6. Martii 1599. coram peregrino in eadem causa Conclen. pensionis, dubio exactissime discussio de expresso ordine Sanctissimi; Rota resoluit filios hereticorum esse privatos ipso jure beneficiis & pensionibus etiam ante delictum obtentis seu reservatis; & hæc opinionem dixit esse veriorum de Jure & communiter receptam eamque probari ex pluribus Romanorum pontificum Constitutionibus, nempe Innocentii IV. Alexandri IV. & præcipue ex illo Nicolao III. habetur hæc decisio impressa apud Nicolaum Garziam de benef. part. 11. c. 10. n. 79. & Farinac. loco proximo citato decis. 123. & Marchef. de Commiss. part. 1. fol. 215. cuius etiam meminit Lothierus de re benef. lib. 1. quæs. 42. n. 51.

(Additur hoc esse receptum in sancto Officio etiam post

ultimam decisionem Peregrini hic allegatam; & servati in Dataria etiam hoc tempore Pontificatus S. D. N. Alexandri VII. )

Succeslivè. Quare, an Episcopus possit dispensare cum 32 filijs hereticorum ad officia & beneficia Ecclesiastica.

Cùm explorati juris sit hereticorum filios nec ad beneficia Ecclesiastica nec ad officia vel honores admitti debere c. Quicumque, §. de Heretici, de heretic. lib. 6. non videtur habere facultatem Episcopus cum eis dispensandi.

Primò, quia cum textus in dict. c. Heretici, continet 33 in ultimis verbis decretum irritans ibi, quòd si fecerit actum fuerit, decernimus irritum, & inane: sequitur ut Episcopus dispensare non possit, nam etiam in adulterio, & minoribus criminibus Episcopus non potest dispensare, quando leges, vel canones prohibentes annullant actum factum contra prohibitionem, Felio. in cap. At si Clerici, §. de Adulteris, nam. 4. in secunda limitat. de feud.

Deinde quia Nicolaus III. in Constitutione superius relata num. 28. statuit, ut heretici, eorumque filii usque ad 34 secundam generationem beneficiis habitus perpetuò careant, & ad alia similia nequaquam in posterum admittantur; quibus verbis censetur adeptura Episcopi dispensandi facultas, ut notat gloss. in cap. Curiosus, §. Caterum, in ver. Perpetuo de elect. lib. 6. quam ut singularem probant Card. in Clem. de vita, & honest. Clericor. & Felio. loco citato.

Tertio, quia cum veritatem in concernentibus fidem, & 35 statum universalis Ecclesie qui per filios hereticorum ad officia, & honores admittitur, si paterna dogmata retinerent, labefactari posset; & ita tractemus de re graviore quàm sit adulterium, consequens est Episcopus dispensare non posse, cap. Dilectus, de tempor. ordinat. & ibi gloss. in verb. Permissa, verif. Vel dic quod non licet, & Innoc. num. 2. Roman. conf. 325. Quòd primum num. 4. in 3. dub. Felio. in d. §. De adulteris num. 1. ubi ait omnes ita sentire.

Nec obstat doctrina Abb. in cap. in quibusdum num. 4. 36 de pen. ubi scripsit Episcopus posse dispensare cum filio interdicentis Prælatum, licet per illum textum repellatur à Clericatu, nam respondetur illum text. in fine permittere, ut cum eis possit dispensari; unde non est mirum, si Episcopo hoc liceat; nam ubi in materia penali canon per rit dispensationem, non est ambigendum, quin liceat Episcopo 37 dispensare, ut post Abb. declarat Dec. d. §. de Adulteris num. 35. Præsertim verò, quia cum filii hereticorum, qui leserunt majestatem Divinam, non minus videantur infames, quam filii conspirantium adversus Principem ex l. Qui quis, c. Ad Leg. Jul. majest. juncto hoc cap. Infamia hujusmodi per solum principem aboleri potest, & non per Episcopum, ut notant omnes in cap. Cum te, ubi in specie Felio. num. 12. de sent. & re judicat. l. 1. §. De quo 10, ff. De Postulando.







DE HÆRETICIS

Gregorius IX.

CAPUT XVI.

Abolutos se noverint à debito fidelitatis homagii, & totius obsequii, quicumque lapsis manifestè in hæresim, aliquo pacto, quacumque firmitate vallato, tenebantur attriciti.

SUMMARIUM.

- 1 Hæreticus perdit ipso jure fidelitatis homagii, & quacumque aliam obligationem eo ipso quod est hæreticus & num. 4.
2 Papa ratione criminis Ecclesiastici potest absolvere vassallos laicorum ab omni obligatione; & alios ejusdem obnoxios à quocumque pacto etiam jurato.
3 Hæretici amittunt ipso jure Dominium omnium honorum à die commissi criminis & num. 14. & 15.
4 Et eorum familiares servi, liberti & mercenarii sunt soluti omni obligatione, qua eis tenebantur.
5 Uxor non recedit ab excommunicato, sed ab hæretico scilicet.
6 Hæreticorum filii liberantur à patria potestate, & emancipatio facta à patre non tenet.
7 Debitor si juraverit ad certam diem solvere, sub certa pœna, si non solvat creditori in hæresim lapsus, pœna non committitur, nec est perjurus & num. seq.
8 Juramentum debitoris habet tacitam conditionem si creditor in eodem statu manserit.
9 Debitor lapsus in hæresim tenetur solvere fisco, si bona sunt publicata.
10 Debitor excommunicati non tenetur et debitum solvere, sed illud deponere debet apud adem sacram, donec ab excommunicatione fuerit absolutus.
11 Vassalli liberantur ab omni debito fidelitatis si domini labantur in hæresim manifestè.
12 Et quid si occultè & num. seq.
13 Hæreticorum bona sunt ipso jure confiscata etiam si sint occultis.
14 Pœna ipso jure imposta afficit delinquentes quantumcumque occultos.
15 Dimissoria Episcopo existente hæretico an sint concedenda à Capitulo Cathedrali Ecclesie & num. seq. usque in fin.

- 17 Et quid si Canonici uno excepto propter hæresim sint dispersi & num. 19. & 25.
18 Sedes Episcopalis an vacet propter hæresim Episcopi & num. 23.
19 Vacacionis appellations an veniat vacatio de jure & de facto & num. 22.
20 Hæretici beneficium vacat ipso jure, sed detentor non potest dici à possessione ante declaratoriam super facto. Possessor remanet, qui titulum habuit ab initio, licet per pœnam juris privatus, ibid.
21 Declaratoria non requiritur ubi factum est notorium. Declaratur, n. 34.
22 Dimissoria concedere Sede vacante non spectat ad Canonicos ut singulos, sed uti representantes Caputulum.
23 Capituli jus in uno Canonico conservatur.
24 Dimissoria, Sede vacante, dari non possunt à Canonici absentibus.
25 Dimissoria concedendi potestas Episcopo & Capitulo non extantibus, conservatur penes Ecclesiam nec volubitur ad Archiepiscopum.
26 Ordinari an quis possit ab alieno Episcopo vel à Metropolitanis, si proprius Episcopus sit hæreticus & Canonici omnes sint dispersi & num. seq. usque in fin. Episcopo existente hæretico, an subditi ab ipsius obedientia liberentur, ibidem & n. 34.
27 Exemptus an possit à quo maluerit Episcopo Ordines suscipere.
28 Lex debet esse possibilis & n. seq.
29 Electio facta per vota non secreta, non est irrita ubi non sunt nisi duo vocales.
30 Ordinari quando quis possit ab alieno ob delictum proprii Episcopi.

Undè jure nostro familiares, servi, liberti & mercenarii sunt etiam liberati, ut dicit Goffredus, hic per hanc litteram que generaliter dicit & totius obsequii; & sic comprehendit omnes etiam mercenarios; & cum Goffredo concordat Joan. Andr. n. 1. Butr. n. 3. Abb. n. 2. Joan. de Anan. n. 4. & Mar. Socin. n. 2. Francisc. Penia citatus supra n. 3. Nec obstant c. Quoniam 11. q. 3. & c. Inter alia, infra de sent. excom. quia loquuntur in excommunicato, non in hæretico secundum Goffredum & alios præallegatos. Uxor autem non recedat ab excommunicato, ut hic, ab hæretico sic, c. Sic enim 28. q. 1. Similiter filii liberantur à patria potestate & efficiuntur sui juris, adeo ut emancipatio facta à patre hæretico, non teneat tanquam facta de personis sui juris, ut c. Quicumque infra eodem, lib. 6. Joan. Andr. hic n. 1. in verbo Ascripti, Abb. n. 3. & Mar. Soc. eod. num. & idem in debitor qui certà die obstrictus est solvere sub certa pœna, nam si non solvat, pœna non committitur, quia cum hæreticorum bona possint occupari, multo magis retineri, ut legitur & notatur in c. Excommunicamus, §. Si verò Dominus, vers. 1. supra eodem. Nec si juravit solvere intelligitur pejorare quali juramentum habet in re tacitam conditionem, scilicet si in tali statu permanserit, ut ei communicandum sit, argum. c. Quomodo ad m. resp. 1. vers. Quia in illo, supra de jurjur. & c. Excommunicamus §. secundo, §. Credentes supra eodem, textus optimus in l. Cùm quis, resp. 1. ff. de solut. ubi si stipulatur

De Hæreticis, c. Abolutos.

- Stipulatus sum mihi aut Titio dari, Titio nunc rectè solvi potest, si in eodem statu manserit, in quo erat tempore stipulationis; & ita hic firmant glossa 2. Innoc. in fin., Host. n. 1. in verbo Aliquo pacto, Joan. Andr. n. 2. & communiter Doctores.
10 Adverte tamen, quia etiamsi debitor liberetur ab obligatione solvendi creditoribus in hæresim lapsis, non propterea quidquam sibi acquirit, sed si bona sint publicata tenentur fisco solvere vel cui declaratum fuerit esse solvendum, alias non evitentur pœnam vel præjudicium, si aliam excusationem non haberent, ut hic per Mastranum Socinum, numero decimo quarto.
11 An autem idem dicendum sit in excommunicato: scilicet, ut ille, qui sub pœna vel sub juramento promisit intra certum terminum solvere, incidat in pœnam vel in perjurium; si illi interim excommunicatione innodato, & in ea perissent non solvat sunt opinioniones, de quibus per DD. in cap. Veritatis, supra de dol. & contumac. Tutius tamen, ac verius videtur pecunia non esse solvenda excommunicato, sed esse deponenda apud adem sacram vel personam fide & facultatibus idoneam, ad hoc ut solvantur creditori postquam ab excommunicatione fuerit absolutus, glossa in cap. Nos Sanctorum, in verbo Confratrum, 15. quasi. 6. quam hic sequitur Archidiaconus. num. 1. vers. Adde, & verum est, Abb. in cap. Si verè, num. 6. de senten. excomm. & in dist. cap. Veritatis num. 39. Joan. de Anan. hic num. 5. & Felin. in fin.
12 Utimò nota hic, Lapsus manifestè in hæresim, Vassallos liberari ab omni debito fidelitatis præstando si ipsi domini in hæresim labantur manifestè, ut in littera. Ergo à contrario factis si occultè, ut hic tenent Innoc. post princ. in ver. Manifestè, Hostien. num. 1. in eodem verbo. Butr. num. 3. vers. Quid si occultè, & Card. num. 1. vers. Si autem, & quavis Philippus dicat idem, si occultus, dummodo probari possit; tamen Joan. Andr. ubi supra, intelligit hoc procedere ubi crimen est probatum, quia tunc transit in manifestum, cap. Cùm olim, de verb. significat. Secus si non sit processum ad probationem, quia Ecclesia non judicat de occultis, cap. Sicut tuus, in fin. supra de Simonia, & consentunt Butr. & alii proxime citati.
13 Sed Abbas hic num. 1. circa finem, non putat hoc dictum hodie esse verum indistinctè, quia omnia bona hæreticorum sunt confiscata ipso jure, etiam si sint occultis, ut cap. Cùm secundum, infra eodem, lib. 6. ubi autem pœna ipso jure imponitur, aliter utatur delinquentes quantumcumque occultis, ut dicit glossa singulari in Clem. 1. in verbo. Et ipso, de hæreticis, ergo eo ipso, quod quis labitur in hæresim, in continentè perdit omnia bona, & sic sequitur absolutio à fidelitate, & quacumque alia obligatione sibi quaesita, non tamen potest hæc absolutio, seu publicatio allegari in foro exteriori, nisi hæresis sit manifestè vel probata, & hoc modo possunt ad concordiam reduci dissidentes opinioniones, & cum his dictis Abbas videtur hic transire Joan. de Anan. num. 3. vers. Sed Dominus Abbas, Marian. Socin. num. 11. & Felin. num. 1. Tu tamen cogita, quia illa glossa loquitur de pœna spirituali suspensionis & excommunicationis, prout etiam loquitur dicta Clem. 1. & vide quod scripsi in cap. Veritates, supra eod.
14 Quæro, An Episcopo existente hæretico facultas concedendi dimissoria juxta cap. 10. sess. 7. Concilii Tridentini pertineat ad Caputulum Cathedrali Ecclesie.
15 Et an eo casu quo Caputulum concedere potest dimissoria, si Canonici propter hæresim dispersi sint, & nequeat convenire, aut conveniri suas difficultates, sufficiat habere litteras dimissorias ab uno ex Canonici Cathedrali Ecclesie, vel certè sine dimissoria adire pro suscipiendis ordinibus viciniorum Episcoporum vel Metropolitanorum.
16 Pro quaestione solutione infra dicti articuli videntur examinandi.
17 Primò, an propter hæresim Episcopi, sedes Episcopalis taliter censetur vacare, ut ejusdem Ecclesie Caputulum possit dimissoria jure reverendas pro ordinibus suscipiendis concedere ad formam juris, & d. cap. 10. sess. 7.
18 Secundo, sedes Episcopalis vacante, & Capitulo nusquam comparante, an vel unus solus Canonicus maxime si alii non valeant nisi difficulter congregari, possit hujusmodi dimissoria concedere. Et quid si neque hæc via possit obtineri dimissoria, an possit aliquis Prælati alterius Ecclesie, ejusdem tamen Diocesis, easdem impertiri, vel saltem hoc jus transeat ad Metropolitanum.
19 Tertio, an qui de dicta Diocesi cupiunt promoveri, nec prædictis modis possunt obtinere dimissoria, possit rite ab alieno Episcopo sine dimissoria, vel saltem à Metropolitanis ad ordines promoveri.
20 Ad primum per negativam factam, quod in materia strictè interpretanda, ut est decretum d. cap. 10. sess. 7. quod correctionem juris communis continet, appellations vacationis venit vacatio de jure & de facto, Cald. cons. 6. in fin. Fagnan. in V. Lib. Decretal.

Cum igitur in casu proposito Episcopatus de facto ab hæretico detineatur Episcopo non comprehenditur sub dispositione hujus decreti, quod requirit vacationem veram, que est de jure & de facto. Secundo, etiam crimen hæresis inducat vacationem beneficii ipso jure, cap. quo jure, juncta glossa 8. d. ff. ubi Præposit. tamen detentator non potest de possessione expelli, nisi præcedente declaratoria super facto, cap. Cùm secundum, ubi Doct. de hæret. lib. 6. generaliter enim qui à principio titulum habuit; licet per pœnam juris privatus sit, ita ut beneficium alteri conferri possit; tamen remanet possessor, & propter id possessione privari non potest, nisi causa cognita & vocatus; ita singulariter Joan. Andr. in reg. Mora num. 15. vers. Hinc est quod qui à principio, de reg. jur. lib. 6. quomobrem litteræ dimissorias ante declarationem criminis ab ipso Episcopo hæretico, & non ab alio videntur petende.
Breviter distinguo; aut de hæresi Episcopi notoriè constat aut non, si non constat, negativam verior videtur, si constat, videtur dicendum ad Caputulum pertinere dare hæc dimissoria tam de jure, ut à fortiori probat textus in c. Cùm nullus, §. Episcopo autem in remotis agente, de temp. ord. lib. 6. quam ex decreto. d. cap. 6. sess. 7. etenim Capituli potestas sede vacante verificatur non in vera vacatione, sed etiam in ficta, cap. 3. de supplen. neglig. lib. 6. juncto cap. Et cui de elect. eod. lib. & in specie quando Episcopus est hæreticus, exemplificat Hostien. in summa tit. Ne sede vacante vers. Quis modis, vel certè quatenus potestas Capituli sede vacante non verificetur in vacatione ficta seu interpretativa, quod verius est, ut scripsi in cap. Quia diversitate num. 16. usque in fin. supra, de concess. præb. tamen propter hæresim notoriam Prælati sedes non vacat interpretative, sed verè, ut probavi in cap. Ad abolendum, d. num. 28. usque ad num. 44. juxta eod. ad prout potestas ad Caputulum devolvitur, cap. Hic qua, & cap. Cùm olim, supra de major. & ob d. & dixi in dicto cap. Quia diversitate num. 24. & 34.
Ad contraria responderetur ut infra, videlicet ad primum, idè in correctionis strictam fieri interpretationem, ut minus corrigatur jus commune, in casu nostro ex lata interpretatione jus commune nullatenus corrigatur, ergo verba non strictè, sed largè sunt interpretanda, l. Si unus, §. Prælati, in fin. & hic Joan. num. 6. ff. de pact. Imò admittitur etiam extensio, ut ibidem Joan. præterquam quod hæc est passiva interpretatio, ideoque vacationis, verbum accipi debet in ea significatione, qua accipitur in jure, l. Juris gentium, §. Si pauper, ff. de pactis, juncta l. Transfigere, ubi glossa Magna, c. de transact. glossa Barr. & DD. in l. Sciendum, ff. Qui satisdare cogantur.
Ad secundum responderetur illud non procedere in notoriis, in quibus nec requiritur de necessitate declaratoria; imò judex ad quem spectat potest line ea procedere ad expeditionem, ut est communi notat Boslius in præf. crim. tit. Quando procedendum sit in crimine notorio num. 6. cum seq.
Quoad secundum articulum, cum dicta facultas non competat singulari de Capitulo sed Capitulo ipso unum corpus representanti, l. 2. & l. Sicut, ff. Quod casusque universi nomi. utique nulli licebit dictas litteras concedere, nisi Capitulo corpus representet; & in ipso jus Caputuli resideat; licet autem si in ipso resideat seu ipse Caputulum representet etiam si sit unus solus, dist. l. Sicut, §. 1. ubi glossa & glossa pen. in cap. Gratum, ubi Abb. num. 9. de postul. Prælat. & inde inferitur, ut si unus tantum adire Canonici residents, is solus nomine Capituli dictas dimissorias concedere possit; at si sint plures, unus solus non poterit, nisi omnes, vel major pars residentium concurrat capitulariter.
Quod si nullus resideat, sed omnes sint absentes, non videtur cuiquam licere dimissoria concedere, quia de absentibus quoad actus capitulares regulatè nulla habet ratio, & perinde est ac si non essent, ex his que tradit Abbas post glossa in cap. Cùm inter universas, num. 8. de elect. & ex regula, quod paria sunt non esse, & non apparere, l. Rustilia Polla, ff. de contrah. empt. Ex quibus ad secundam quaestionem quoad primam illius partem videtur respondendum ad solos residentes Canonicos spectare dictas dimissorias capitulariter concedere.
Quo verò ad secundam, cum nullo jure reperitur cautum, ut dicta potestas vacante sede Episcopali, & Capitularibus Canonici nusquam apparentibus devolvatur ad alios Prælati; hoc à nobis remeare non videtur attendendum, arg. cap. Consultati, 2. quasi. 5. sed potius dicendum est dictum jus conservari apud ipsammet Ecclesiam, ex Abb. in dict. cap. Gratum, num. 21. de postul. Prælat. & eodem modo responderetur ad tertiam ejusdem quaestionem, videlicet hanc facultatem ad Archiepiscopum non devolvi, dist. cap. Si Episcopus, de succen. neglig. Prælat. lib. 6. ubi glossa quædam in verb. Archiepiscopus, asserendo rationem præ-



dicitur conclusio, ait, *ideo dictam facultatem ad Archiepiscopum non transiit, quia hoc iure cautum non reperitur: generaliter nostram confirmat sententiam, quae eodem modo confirmatur per cap. 1. de supplen. neg. Pralat. cod. lib. hic, cum id non reperitur à iure concessum.*

Ad tertiam quaestionem pro affirmativa facit, quod cum subditi per haereticum Praelatum liberentur ab illius obedientia, & aliis, in quibus obstricti erant, ut in hoc cap. Liberi autem à jurisdictione seu subjectione sui Episcopi possint quoad ea quae sunt voluntariae jurisdictionis, alteri Episcopo se subdere, ut de exemptis, quae ad ordines suscipiendos notat Archid. in cap. 3. col. fin. de temp. ordin. lib. 6. sequitur, ut praedicti tanquam liberi possint à quocumque Catholico Antistite ordines accipere.

Secundo, canon seu lex cum debeat esse possibilis, e. *Erri* autem lex 4. dist. non vendicat sibi locum in casu, in quo non potest observari, l. 4. §. Toties, ff. de damn. infect. Unde Abb. conf. 25. vol. 2. col. 3. post numer. 2. concludit Canonem annullantem electionem factam per fructum non secretum, non procedere in illo Monasterio, ubi non reperitur nisi duo Monachi, sed hoc casu non potest observari Canon prohibens, ne quis ab alieno sine dimissionis proprii Praelati ordinetur. Ergo &c.

Tertio, ratio quare statutum fuerit, ne quis ab alieno Episcopo ordinetur, fuit ut evitaretur discordia inter Episcopos, arg. cap. 1. iuncta gloss. prima & cap. Primatus 71. dist. quae cum cesset in casu nostro sequitur, ut cesset etiam dispositio ex regula, l. Adigere, §. Quamvis, ff. de iurepat. & cap. Cum cessante, de appellat.

Negativa opinio tutior videtur, nam cum Canones ubique statuunt ne quis eum, qui sibi subditus non sit, ordinare praesumat, cap. 2. & hic gloss. in verb. *Aliena*, de temp. ordinat. & quest. 2. per totum, sed ut quilibet debeat à proprio Episcopo ordinari, cap. 1. sess. 23. Trid. Concil. nec à dicta regula videtur recedendum hoc casu, eum in iure non reperitur exceptus, gloss. 1. in cap. Inter haec, in fin. 23. quest. 2. & notatur in l. 1. ff. de reg.

juris, confirmatur per argumentum à speciali text. in cap. 2. de temp. ordin. lib. 6. iuncta gloss. cap. 1. in verb. *Culpis*, de suppl. negl. Pralat. lib. 6. quae notat speciale esse, ut in d. cap. 2. in praemam delicti Episcopi proprii liceat sine illius dimissionis à vicinis Episcopis ordines suscipere, idque ideo hic licere, quia sic expresse conceditur, at in casu nostro hoc non reperitur expresse concessum; ergo videtur dicendum praedictas personas debere à Sede Apostolica remedium praesecere, ut videtur in simili serie casu observatum in cap. Fraternitati, 71. dist.

Ad contraria autem sic videtur respondendum, videlicet ad primum, esse Episcopum ipso iure sit sua jurisdictione ad primum, posseque propter delicti notorietatem ab alio iudice sine alia citatione, & declaratione sua possessione seu detentatione spoliari, non tamen inde sequitur ut subditi qui sunt private personae, ipsimet possint nulla praecedente declaratoria de facto seipso eximere ab illius obedientia, ut satis colligitur ex Abb. in c. accepta n. 6. de rest. spol. Præterea in casu nostro potestas praedicta ab Episcopo transit in Capitulum, ut supra dictum est, quod si Capitulum nusquam appareat, non tamen ob id ipsi subditi efficiuntur liberi seu exempti, sed dictum jus conservatur & retinetur ab ipsamet Ecclesia secundum Abb. in d. cap. Gratum num. 12. de Postul. Pralat. licet secus videatur esse in Collegiis saecularibus.

Ad secundum negatur similitudo, nam in casu nostro subditi non coguntur ordines suscipere, & quatenus in aliquo casu cogentur, tamen ob dicta impedimenta excusantur, ad notata in cap. Commissa, de elect. lib. 6. postquamque hi subditi pro remedio ad Sedem Apostolicam vel illius in dictis partibus Legatum recurrere.

Ad tertium, illa ratio non videtur tam causa finalis, quam impulsiva: unde argumentum non urget, ad notata in l. 1. §. Sepē, ff. de postulando Sacrae Congregationis responsa ad supra scripta in cap. His quae n. 22. supra de major. & obed.



DE SCHISMATICIS ET ORDINATIS AB EIS.

Ex Concilio Lateranensi.

CAPUT I.

Quod à Prædecessore nostro: & infra. Ordinationes ab Octaviano & Guidone hæresiarchis factas, & ab ordinatis ab eis, irritas esse censuimus, Adjicientes, ut qui dignitates Ecclesiasticas seu beneficia schismaticos acceperunt, careant impetratis. Alienationes quoque, quæ per eosdem schismaticos seu per laicos factæ sunt de rebus Ecclesiasticis: omni careant firmitate, & ad Ecclesias sine omni onere revertantur. Si quis autem contraire præsumperit, excommunicationis se noverit subjacere. Illos vero, qui spontè iuramentum de tenendo schismate præstiterint, à facris ordinibus & dignitatibus decernimus manere suspensos.

SUMMARIUM.

- 1 Schismaticorum gesta iuribus careant, etiamsi gerantur prætextu publici officii & num. 131.
- 2 Ordinationes à schismaticis factæ irritæ sunt quoad executionem tantum, non autem quoad impressionem characteris & num. 27. & seq.
- 3 Character Ordinis non confertur per ministrum, sed imprimatur in anima immediatè à Christo & num. 31. & seq.
- 4 Ordinis forma Ecclesia non servata character non imprimatur.
- 5 Ordinationes factæ ab eis, qui à schismaticis ordines susceperunt, executionem non conferunt.
- 6 Schismatici an sint ipso iure excommunicati vel potius excommunicandi, usque ad num. 25.
- 7 Schismatici quot modis accipiuntur.
- 8 Excommunicati largè dicuntur schismatici.
- 9 Schismatici proprie quæ dicuntur & num. seqq.
- 10 Schisma unde dicitur.
- 11 Schisma quid sit & num. 24.
- 12 Unitas Ecclesia in quibus consistat.
- 13 Graeci qui ab unitate Ecclesia Romana recedunt, sunt ipso iure excommunicati.
- 14 Hæretici dicuntur, qui extollunt se contra Romanam Ecclesiam, & hi, qui principales sunt, hæresiarchæ.
- 15 Episcopi in consecratione non solum hæresim, sed etiam schisma anathematizant.
- 16 Graeci schismatici nostri temporis sunt formaliter hæretici.
- 17 Hæresis est error in fide cum pertinacia.
- 18 Schismatici sine hæresi qui dicuntur.

- 19 Schismaticus & hæreticus esse quæ duos summos Pontifices simul crederet veros.
- 20 Hæreticus omnis est schismaticus, sed non à converso.
- 21 Schisma nullum est, nisi sibi aliquam hæresim confingat, ut rectè ab Ecclesia recessisse videatur.
- 22 Antipapa dicitur hæresiarcha.
- 23 Schismatici omnes proprie sumpti hodie sunt vinculo excommunicationis innodati.
- 24 Inobedientia & offensa qualibet, aut rebellio contra Papam & Sedem Apostolicam, sunt casus Sedis Apostolicæ reservati in extrava. Pauli II. & Sixti IV. Rebellis quis dicitur ibidem.
- 25 Beneficiorum collationes à schismaticis factæ sunt ipso iure nullæ.
- 26 Matrimonium in Russia à Catholicis contracta coram parochis Ruthenis an sint irrita, necne & num. seqq. usque in fin.
- 27 Valadica Ruthenorum an sint veri Episcopi.
- 28 Sacramentum potest tradere separatim, sicut potest habere separatim.
- 29 Ordinatio facta in forma Ecclesiæ ab Episcopo etiam hæretico seu schismatico, siue anathematizato, siue ordinatum receperit in Ecclesia, siue extra, habenda est rata quoad veritatem ordinis.
- 30 Intellectus cap. Novatianus 7. q. 1.
- 31 Potestas spiritualis duplex, sacramentalis & jurisdictionalis.
- 32 Altare semel consecratum non consecratur iterum, nisi fuerit dissipatum.
- 33 Episcopi schismatici nec possunt excommunicare, nec absolvere, nec indulgentias concedere, ac si fecerint, nihil est actum.
- 34 Intellectus cap. Didicimus, & cap. Pudenda, q. 1.
- 35 Ordinati ab Episcopis schismaticis etiam ignoranter executionem recipiunt.
- 36 Excommunicati omnes etiam non denunciati ante Concilium Constantiense dicebantur non tolerari.
- 37 Hæretici vel schismatici de iure communi nullam ordinem executionem vel jurisdictionem habent & num. seq.
- 38 Institutio autorizabilis est de lege jurisdictionis.
- 39 Constantiensis Concilii Constitutio, ad evitanda, recipienda est ut canonica & perpetua & num. seqq.
- 40 Excommunicati denunciati dantur, aut notorii Clericorum percussores ex Concilio Constantiensi dicuntur non tolerari & num. 45. & 54.
- 41 Basiliensis Concilii Canon an derogaverit Constitutioni Concilii Constantiensis, ad evitanda & num. seqq.
- 42 Basiliense Concilium quo tempore ab Eugenio IV. translatum seu dissipatum fuerit.
- 43 Basiliensis Concilii Canon. an & in quo differat à Constitutione Constantiensis.
- 44 Abbatibus Nicolai de Aquino, Felini & Navarri error circa Constitutionem Concilii Constantiensis, & num. seq.
- 45 Basiliensis Concilii acta in quibus approbata aut reprobacha fuerint.
- 46 Excommunicati notorii nisi sint denunciati, aut clericorum percussores ex Concilio Constantiensi non sunt vitandi, & n. 54.
- 47 Hæretici & schismatici non dicuntur nominatim denunciari ex Bulla Ovis.
- 48 Moguntinum Concilium etsi invocaverit Constitutionem Concilii Basiliensis, tamen non derogavit decreto Constantiensis Concilii.
- 49 Synodus provincialis facultatem non habet derogandi Concilio generali, nec obligat extra provinciam.
- 50 Episcopi schismatici in vim Constitutionis Constantiensis valde jurisdictionem exercent & beneficia conferunt, & n. seqq.
- 51 Contrarium, num. 53. & seqq. usque ad n. 126.
- 52 Beneficii collatio fit ab Episcopo ratione publici muneris.
- 53 Popones in Russia an sint veri Ruthenorum Parochi usque in finem.
- 54 Constantiensis Concilii Constitutioni de vitandis excommunicatis fuit derogatum per contrariam Constitutionem Concilii Lateranensis sub Leone X. & pluribus seqq.
- 55 Constantiensis Constitutionis tenor refertur.
- 56 Lateranensis Concilii Constitutio item refertur.
- 57 Excommunicati omnes notorii ex Constitutione Concilii Lateranensis vitari debent, etiamsi non sint nominatim denunciati, aut notorii clericorum percussores.
- 58 Valadica & Popones Rutheni quorum schisma notorium est hodie dicuntur excommunicati non tolerari.
- 59 Parochialium collationes factæ à schismaticis non valent.
- 60 Beneficii collatio facta ab excommunicato non tolerata est irrita ipso iure & n. 78.

- 60 Praelatus naturaliter mortuus & excommunicatus acquiritur.
- Beneficii collatio facta schismatico aut excommunicato, est ipso iure nulla, ibid. & n. 71. & n. 77.
- 61 Consecratio contra Concilium Generale non valet.
- 62 Communicatio in Divinis cum excommunicatis est culpa mortalis.
- Et quid extra Divina, ibidem remissivè.
- 63 Communicantes in Divinis cum excommunicatis incurrunt in excommunicationem majorem, quæ non infigitur nisi pro mortali reatu.
- 64 Sacramenta recipientes ab excommunicato tolerato an peccet mortaliter.
- 65 Consecratio irrationabilis & nutritiva peccati dicenda est potius corruptela, quàm consecratio.
- 66 Hæretici & schismatici ex Constit. Pauli IV. sunt ipso iure privati omnibus dignitatibus & beneficiis Ecclesiasticis.
- 67 Pauli IV. Constitut. Cum ex Apolloniarum, expenditur.
- 68 Verba, ipso iure, licet non excludant declaratoriam super factis; tamen secus est si factam sit notorium.
- 69 Beneficia propter hæresim vacantia sunt Sedi Apostolica reservata ex Constitutione Pii V. & eorum imperatorum non valent, nisi modus vacationis propter hæresim sit expressus.
- 70 Beneficiorum possessiones in personas hæreticorum vires, & effectum habere non sensu Gregor. XIII.
- 71 Constitutio posterior tollit priorem Conciliarem sint specialis derogatione.
- 72 Constantiense Concilium non relevat excommunicatos suspensos vel interdictos, nec eis in aliquo suffragatur.
- 73 Beneficii collatio facta excommunicato non tenet.
- 74 Etiam excommunicatio fit occultata.
- 75 Beneficii collatio facta excommunicato nulla est etiam in foro conscientiae.
- 76 Clausula Resolutionis à censuris in litteris Apostolicis provisionum quid operetur.
- 77 Hæretici & schismatici nostri temporis sunt irregulares & inhabiles ad beneficia obtinenda.
- 78 Excommunicatus vel suspensus etiam non denunciatus de iure communi est desitatus omni facultate beneficia conferendi.
- 79 Et quid in occulte excommunicato.
- 80 Matrimonium celebratum coram parochia palam intruso, ac titulo non habente post Concilium Tridentinum non valet.
- 81 Matrimonium contractum coram parochia excommunicato etiam denunciato validum est.
- 82 Matrimonium contractum coram parochia publico hæretico irritum est, si decretum Tridentini Concilii de reformat. Matrim. publicatum fuerit in parochia & lapsi sint triginta dies à die publicationis & n. 97. vobis. Unde sit.
- 83 Constantiensis Concilii Constitutio indulget Catholicis ut possint recipere Sacramenta etiam ab hæreticis & schismaticis non denunciatis.
- 84 Antecedens in omni materia includitur in concessione consequentis.
- Declaratur, n. 91.
- 85 Dispensatio tacita super defectu inducitur quando aliud ex gratia nulla utilitas perciperetur & n. 91.
- 86 Constit. Ad evitanda, habilitat Catholicos ad Sacramenta recipienda ab excommunicatis, in reliquis supponit terminos habiles & n. seq. usque ad n. 94.
- 87 Papa solus potest promovere ad Episcopales & alias majores dignitates.
- 88 Ordines suscipere non licet nisi ab Episcopo originis, beneficii vel domicilii.
- 89 Praelatus intrusus non potest conferre Sacramenta, & conferendo executionem non confert.
- 90 Absolutio sacramentalis est actus judicialis qui in non subditum exerceri non potest.
- 91 Princeps non censetur super inhabilitate dispensare quando gratia in aliqua parte potest operari effectum suum.
- 92 Excommunicati non sunt privati beneficiis ante excommunicationem canonice obtentis, nec sunt privandi nisi in excommunicatione inforderint.
- 93 Constantiense Conc. specialiter Constitut. revalidavit collationes & titulos eorum qui in Concil. Pijano fuerant ab eorum dignitatibus depositi & n. 110.
- 94 Excommunicati in vim Constitut. Ad evitanda, retinent jurisdictionem respectu non excommunicatorum privilegio alieno non proprio.
- 95 Constitutio Constantiensis nec in favorem Catholicorum sanavit defectus titularum seu canonice institutionis.
- 96 Episcopi nequeunt dispensare ad Parochiales Ecclesias cum minoribus viginti quinque annorum aut illegitimis criminosis, aut corpore vitatis.